



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum secundu[m] natiuitatem temporalem beata Virgo sit mater
Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

attribuenda sunt due
natiuitates &c. Antecedens
ex fide. Consequens probatur,
quia natura se habet ad
natiuitatem ut terminus
ad motum, motus autem
tem diuersificatur. secundum
diuersitatem terminorum
5. Phys. Ex hoc enim manifestum
sequitur quod diuersitas
naturarum terminatur
inter alias diuersas
natiuitates, ac per hoc
duae naturae interferunt
duas natiuitates.

In responsione ad
vltimum habes in li-
tera satisfactione ad
rem ad formam in-
ferens, quod bis exi-
git interruptione me-
surae ante primum a-
ctum & secundum re-
spondere cupis, dicitur
quod est verum, si pri-
mus & secundus actus
mensurantur mensura
durationis vnius ratio-
nis, puta quod tempus sit
vniuersale, mensura, aut
aeternitas sit vniuersalis
mensura. Oportet enim
interruptio tempore cur-
re, qui bis currit in
tempore, & similiter
oportet interrupta
aeternitate nasci, qui
bis in aeternitate di-
citur nasci. Sed di-
uersitas rationum exi-
stentis mensuris, ac-
tus (puta intellectio-
nis, volitionis, natiui-
tatis, dum una intel-
lectio alicuius est in
aeternitate, & altera in
tempore, & sic de aliis)
potest dici, quod ille
bis intellexit lapide
semel in aeternitate,
& semel in tempore
absque aeternitatis in-
terruptione: & ratio
in littera assignatur,
quia plus differunt et
ut mensurae duratio-
nis aeternitatis & tem-
poris, quam duo tem-
pora interrupta, puta
hodie, & post, eras.
Non oportet igitur nati-
uitatem Christi diui-
nam, interruptionem
habere respectu nati-
uitatis Christi humanae,
ad hoc ut Christus ue-
re dicatur bis natus,
quia plus distat men-
sura diuinae natiui-
tatis a mensura humanae
natiuitatis, quam si
vna fuisset ante mille
annos, & alia hodie.

fectum, natiuitate non indiget: A
sed persona filij Dei ab aeterno
fuit perfecta. non ergo indiget
temporali natiuitate, & ita vbi
non sit temporaliter natus.

¶ 3 Praet. Natiuitas proprie per-
sonae conuenit: sed in Christo est
vna tantum persona. ergo in Chri-
sto est tantum vna natiuitas.

¶ 4 Praet. Quod duabus natiui-
tibus nascitur, bis nascitur: sed
haec videtur esse falsa, Christus est
bis natus, quia natiuitas eius, qua
de patre est natus, interruptio-
nem non patitur, cum sit aeterna: B
quod tamen requiritur ad
hoc aduerbium bis: ille enim di-
citur bis currere, qui cum inter-
ruptione currit. ergo videtur, quod
in Christo non sit ponenda du-
plex natiuitas.

SED CONTRA est, quod Da-
mascenus * dicit in 3. lib. confi-
temur duas Christi natiuitates,
vnam quae est ex patre aeternam,
& vnam, quae est in vltimis tem-
poribus propter nos.

RESPON. Dicendum, quod C
(sicut dictum est *) natura com-
paratur ad natiuitatem, sicut ter-
minus ad motum, uel mutatio-
nem. Motus autem diuersifica-
tur, secundum diuersitatem ter-
minorum, ut patet per Philoso-
phum in 5. Physicor. * In Chri-
sto autem sunt duae naturae, diui-
na scilicet, & humana: quarum
vnam accepit ab aeterno patre,
alteram accepit temporaliter a
matre: & ideo necesse est attri-
buere Christo duas natiuitates,
vnam qua aeternaliter natus est
a patre, aliam, qua temporaliter
natus est a matre.

AD PRIMUM ergo dicen-
dam, quod haec fuit obiectio cu-
iusdam Feliciani heretici, quam
Aug. * in libro contra Felicia-
num sic soluit, Fingamus, inquit,
sicut plerique volunt, esse in mun-
do animam generalem, quae sic
ineffabili motu femina cuncta
viuificet, ut non sit concreta cum
genitis, sed uitam praestet ipsa gi-
gnendis: nempe cum haec in vte-
rum, passibilem materiam ad
vltus suos formatura peruenerit,
vnam facit secum esse personam
eius rei, quam non eandem co-
stat habere substantiam: & sit
operante anima, & patiente ma-
teria, ex duabus substantijs vnus
homo. Sicque animam nasci fa-
temur ex vtero, non quia ante-
quam nasceretur, quantum ad se
attinet, ipsa penitus non fuisset:
sic ergo, immo sublimius natus

est de matre filius Dei secundum
hominem, eo pacto quo cum
corpore nasci docetur, & ani-
mus: non quia vtriusque sit una sub-
stantia, sed quia ex utraque sit una
persona. Non tamen ab initio
carnis incipisse dicimus Dei fi-
lium, ne temporalem credat ali-
quis deitatem, non ab aeterno fi-
lij Dei nouimus carnem, ne non
veritatem humani corporis, sed
quandam eum suscepisse pute-
mus imaginem.

AD SECUNDUM dicendum,
quod haec * fuit ratio Nestorij, qua
soluit Cyrillus in quadam epi-
stola dicens, Non dicimus, quod
filius Dei indiguerit necessario
propter se secunda natiuitate post
eam, quae ex Patre est: est enim
satum & inductum existentem
ante omnia saecula, & consempi-
ternum patri indigere dicere ini-
tium, ut sit secundo. Quoniam au-
tem propter nos, & propter no-
stram salutem vniens sibi secun-
dum substantiam, quod est hu-
manum processit ex muliere,
ob hoc dicit nasci naturaliter.

AD TERTIUM dicendum, quod
natiuitas est personae, ut subiecti,
naturae autem, ut termini. Possi-
bile est autem uni subiecto plu-
res transmutationes inesse, quas
tamen necesse est secundum ter-
minos variari: quod tamen non
dicimus, quasi aeterna natiuitas
sit transmutatio aut motus, sed
quia significatur per modum mu-
tationis, aut motus.

AD QUARTUM dicendum,
quod Christus potest dici bis na-
tus, secundum duas natiuitates:
sicut enim dicitur bis currere, qui
currit duobus temporibus, ita
potest dici bis nasci, qui semel
nascitur aeternitate, & semel in
tempore, quia aeternitas & tem-
pus multo magis differunt quam
duo tempora, cum tamen vtrumque
designet mensuram durationis.

ARTICVLVS III.

Vtrum secundum temporalem Christi
natiuitatem, beata Virgo possit
dici mater Dei.

AD TERTIUM sic procedit.
Vbi quod secundum temporalem natiui-
tatem Christi, beata Virgo non possit dici mater
eius: ut enim supra dictum est, * beata Virgo Maria
nihil actiue in generatione Christi operata est, sed
solum materiam ministravit: sed hoc non videtur
sufficere ad rationem matris, alioquin lignum dice-
retur esse mater lecti aut scani. ergo videtur quod
beata Virgo non possit dici mater Christi.

1^a c^oria S. Thomae Q 2

clusio, beata virgo est
vere mater Christi.
Probat, Corpus
Christi non est de co-
lo allatum, sed de vi-
gine matris sumptum,
& ex purissimis san-
guinibus eius forma-
tum. ergo beata virgo
est vere mater Christi.
Antecedens quo ad
primam partem ex op-
posita haeresi Valenti-
ni patet, quo ad reli-
quas patet ex antedi-
ctis. Consequencia p-
batur, quia hoc solum
requiritur ad rationem
matris.

¶ Circa probationem
hanc dubium nouitio-
rum occurrit, quia ap-
paret vitium petiti-
onis principij in ea, dum
assumitur quod corpus
Christi sumptum est
ex Virgine matre, na-
probandum erat, quod
illa mulier esset mater.
Nec ualet dicere, quod
assumitur corpus Chri-
sti sumptum ex ma-
tre, & concluditur,
Christi esse matrem:
quonia tota questio
de Christo est ratio-
ne corporis, an sit bea-
ta Virgo mater eius,
& in vnam ueritatem
questionem, an bene
corporis, an Christi bea-
ta Virgo sit mater.

¶ Ad hoc dicit, quod
ly ex matre, in praem-
issis assumptum hre-
ticis causa assumpti
est, ut uno uocabulo
exprimeretur modus,
quo corpus Christi su-
mptum est ex beata uir-
gine, ac si dixisset,
Corpus Christi sum-
ptum est ex beata uir-
gine in loco naturali
generationis, & per
operationem natura-
lem mulieris ad con-
ceptionem & ex ma-
teria naturali, quam
explicauit subdendo,
Et ex purissimis san-
guinibus &c. ubi pa-
tet nulla incidere sus-
picionem petitionis
principij.

¶ In respon. ad tertium,
aduerte ad crebra re-
petitionem non neces-
sarij cocursus feminis
muliebris ad generationem,
& intellige Auctore
non

In Concl.
Calec actio.
nc. in epi-
stola Nestorij,
circa med.

3d. 3. q. 2. ar.
1. & 2. & di.
4. q. 2. ar. 2. &
4. cont. c. 35.
& c. 34. & 44
& oppi. 3. c.
23. q. 8. 230.
& 236. c. 1.
c. 10. 4. q. 2.
ar. 4.

3. d. 3. q. 2. ar.
1. & 2. & di.
4. q. 2. ar. 2. &
4. cont. c. 35.
& c. 34. & 44
& oppi. 3. c.
23. q. 8. 230.
& 236. c. 1.
c. 10. 4. q. 2.
ar. 4.

non sensisse, quod semen mulieris sit ex-crecentia utri (ut Aristoteles putavit) sed quod concurrat ad generationem, non necessario tamen. Et propterea apud Augustorem ex hoc ipso, quod semen muliebre ordinatum est ad generationem, licet non necessario, habetur ratio peccati mollicitate in muliere voluntate feminante sola: abitur enim semine ad generationem ordinato.

li. 9. c. 2. 4. & 7.

q. 52. ar. 4.

q. 31. ar. 5.

q. 35. ar. 3.

li. 9. c. 7. circa medium.

q. 52. ar. 4. D. 661. & 1117.

¶ 2 Præ. Christus ex beata Virgine miraculose natus est: sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis, vel filiationis: non enim dicimus E-uam fuisse filiam Adæ. ergo videtur quod nec Christus debeat dici filius beate Virginis.

¶ 3 Præ. Ad matrem pertinere videtur decisio feminis: sed sicut Damasc. * dicit in 3. lib. corpus Christi non seminaliter, sed conditue a Spiritu sancto formatum est. ergo videtur quod beata Virgo non debeat dici mater Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. Christi generatio sic erat: cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph &c. RESPON. Dicendum, quod beata virgo est vera & naturalis mater Christi sicut enim sup. dictum est, corpus Christi non est de celo allatum, sicut Valerianus hæreticus posuit, sed de virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationem matris, ut ex sup. dictis patet. unde beata virgo vere est mater Christi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) paternitas siue maternitas & filiatio, non competunt in quacumque generatione, sed in sola generatione viuientium: & ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiat, non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis, sed solum in generatione viuientium, quæ proprie natiuitas dicitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Damasc. * dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos, quoniam natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniam non ex semine, sed ex Spiritu sancto & sancta virgine, supra legem conceptionis. sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritu sancti fuit miraculosa. unde beata virgo est vera & naturalis mater Christi.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut sup. dictum est) resolutio feminis semine, non pertinet ad necessitatem conceptus, & ideo resolutio feminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

¶ Super Questionis trigesime quintæ Articulum quartum.

Titulus clarus ut sonat.

In corpore duæ sūt conclusiones. Prima est, beata Virgo vere dicitur mater Dei. Secunda est, Hæreticum est negare beatam Virginem esse matrem Dei. Prima conclusio probatur. Omne nomen significans in concreto aliquam naturam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. ergo ly Deus, potest supponere pro hypostasi diuinæ, & humane naturæ. ergo personæ

q. 41. q. 2. ar. 3. & 4. cou. 2. 3. 4. 43. & 45. fi. & op. 3. c. 229.

¶ 2 Præ. Christus ex beata Virgine miraculose natus est: sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis, vel filiationis: non enim dicimus E-uam fuisse filiam Adæ. ergo videtur quod nec Christus debeat dici filius beate Virginis.

¶ 3 Præ. Ad matrem pertinere videtur decisio feminis: sed sicut Damasc. * dicit in 3. lib. corpus Christi non seminaliter, sed conditue a Spiritu sancto formatum est. ergo videtur quod beata Virgo non debeat dici mater Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. Christi generatio sic erat: cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph &c. RESPON. Dicendum, quod beata virgo est vera & naturalis mater Christi sicut enim sup. dictum est, corpus Christi non est de celo allatum, sicut Valerianus hæreticus posuit, sed de virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationem matris, ut ex sup. dictis patet. unde beata virgo vere est mater Christi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) paternitas siue maternitas & filiatio, non competunt in quacumque generatione, sed in sola generatione viuientium: & ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiat, non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis, sed solum in generatione viuientium, quæ proprie natiuitas dicitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Damasc. * dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos, quoniam natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniam non ex semine, sed ex Spiritu sancto & sancta virgine, supra legem conceptionis. sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritu sancti fuit miraculosa. unde beata virgo est vera & naturalis mater Christi.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut sup. dictum est) resolutio feminis semine, non pertinet ad necessitatem conceptus, & ideo resolutio feminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

¶ Super Questionis trigesime quintæ Articulum quartum.

Titulus clarus ut sonat.

In corpore duæ sūt conclusiones. Prima est, beata Virgo vere dicitur mater Dei. Secunda est, Hæreticum est negare beatam Virginem esse matrem Dei. Prima conclusio probatur. Omne nomen significans in concreto aliquam naturam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. ergo ly Deus, potest supponere pro hypostasi diuinæ, & humane naturæ. ergo personæ

diuina natura non accepit initium essendi ex virgine. ergo beata virgo non est dicenda mater Dei. ¶ 3 Præ. Hoc nomen Deus, communiter predicatur de patre, & filio, & Spiritu sancto: si ergo beata virgo est mater Dei, videtur sequi, quod beata virgo sit mater patris & filii, & Spiritu sancti, quod est inconueniens. non ergo beata virgo debet dici mater Dei.

SED CONTRA est, quod in capitulis Cyrilli * approbatis in Ephesina synodo, legitur: Si quis non confitetur Deum esse secudum veritatem Emanuël, & propter hoc Dei genitricem sanctam virginem (genuit enim carnaliter carnem factam ex Deo verbum) anathema sit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) omne nomen significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cum autem unio incarnationis sit facta in hypostasi (sicut supra dictum est) manifestum est quod hoc nomen Deus, potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam, & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ, vel humanæ, potest attribui illi personæ, siue secundum quod pro ea supponitur nomen significans humanam naturam: concipi autem & nasci, personæ attribuitur & hypostasi, secundum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur. Cum igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta a diuina persona (sicut prædictum est) consequens est, quod vere possit dici Deum esse concipitum, & natum de virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quod eum concepit & genuit, unde consequens est, quod beata virgo vere dicatur mater Dei: solum enim sic negare posset, beatam virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni & natiuitati, quam homo ille fuisset filius Dei (sicut Photinus posuit) vel humanitas non fuisset assumpta in unitatem personæ, vel hypostasis verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Vtrumque autem horum est erroneum, unde hæreticum est negare beatam virginem esse matrem Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hæc fuit obiectio Nestorij: quæ quidem soluitur ex hoc, quod licet non inueniatur expresse in scriptura dictum, quod beata virgo sit mater Dei, inuenitur tamen expresse in scriptura, quod Iesus Christus est uerus Deus, ut patet i. Ioan. ult. & quod beata Virgo est mater Iesu Christi, ut patet Matth. 1. unde sequitur ex necessitate ex verbis scripturæ, quod sit mater Dei. Dicitur etiam Roman. 9. quod ex Iudæis est

illi suppositæ vel nomine Dei, uel hominis, potest attribui quicquid ratione diuinae, uel humane nature conuenit. ergo uere potest dici Deum concipitum & natum de Virgine, ergo beata Virgo uere potest dici mater Dei. Antecedens patet, prima consequentia probatur, quia unio incarnationis facta est in hypostasi. Secunda, ex eisdem est euidentis. Tertia probatur, quia concipi, & nasci attribuitur hypostasi secundum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur: iam autem ex dictis patet, hypostasi uerbi a principio conceptionis unitam nature humane. Quarta, probatur, quia ex hoc aliqua mulier dicitur alicuius mater, quod eum concepit & genuit. Secunda conclusio probatur. Solis duobus modis hæreticis posset negari, beatam virginem esse matrem Dei, ergo hæreticum est, &c. Antecedens probatur & quo ad modos, & quo ad hæresim, quo ad modos quidem, quia alter est quo ponitur homo ille prius concipitur, quam fuerit filius Dei: alter uero est, quo ille homo ponitur non esse filius Dei personaliter. Quo ad hæresim uero, quæ primum fuit Photinij, secundum Nestorij, omnia clara sunt.

q. 31. ar. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beata Virgo debeat dici mater Dei.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod beata Virgo non debeat dici mater Dei. Non enim didicendum est circa diuina mysteria, nisi quod ex sacra scriptura habetur: sed numquam in sacra scriptura legitur, quod sit mater, aut genitrix Dei, sed quod sit mater Christi, vel mater pueri, ut patet Matth. 1. ergo non est dicendum, quod beata virgo sit mater Dei.

¶ 2 Præ. Christus dicitur Deus secundum diuinam naturam: sed

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hæc fuit obiectio Nestorij: quæ quidem soluitur ex hoc, quod licet non inueniatur expresse in scriptura dictum, quod beata virgo sit mater Dei, inuenitur tamen expresse in scriptura, quod Iesus Christus est uerus Deus, ut patet i. Ioan. ult. & quod beata Virgo est mater Iesu Christi, ut patet Matth. 1. unde sequitur ex necessitate ex verbis scripturæ, quod sit mater Dei. Dicitur etiam Roman. 9. quod ex Iudæis est